HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 5r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



um imitatus auctoritatem sententias & rationes
qui philosophice discipline nobilitate prefulgent re
peri musicam esse scientiam his in fra scriptis ra
tionibus approbatam. Nam cum scientiarum secun
dum prefatorum documenta philosophorum quedam sit spe
culativa & quedam pratica. Comunis scola philo
sophorum eam musicam in ter speculativas scientias
Commemorant. Quorum ratio prima hec est. Illa di
citur esse speculactiva scientia de iqua fiunt demo
rationes quia et propter quid. Sed in musica mu
lte fiunt demonstrationes & quia et propter quid ut
patet per boetium in sua musica libro 2° cap° 37
ut puta quod tonus in equa dividi non possit. Simi
liter quod semitonium minus maius sit tribus Comati
bus minus vero quatuor. Item quod proportio super
particularis in equa divi[illegible] non possit. medio propor
tionabiliter in terposito numero sm architam. Et quod
unitas non sit numerus ut patet f discurenti musi
cam boetii. Igitur musica est scientia. Preter
ora scientia dupliciter accipitur quoniam ad presentem spe
ctat materiam uno pro habitu in mente existente
dirigente nos ad speculandum scibilia. Alio in men
te pro habitu in mente existente dirigente nos ad o
operari. Sed musica est abitus primus qui existens